



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

47 Papa Federicum II. Imperio, & Regnis privavit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

cificè adiens amicabilem exceptus, à Papa Joanne XII. Imperator, & Augustus vocatus fuit, & ordinatus, ut per Frofard. quem refert, & sequitur Card. Baro. *ann. 912, in princip.* & post plures alios per ipsum citatos Card. Bellarm. *de transl. Imper. Romani lib. 2, cap. 3. per tot.* & ex persona ipsius Othonis, non autem Henrici Regis patris, ut aliqui scripserunt, qui Imperialem coronam non fuit assecutus, ut per Bellarm. *dict. lib. 2, cap. 2, in princ.* Imperium Occidentale auctoritate Pontificia fuit translatum ad Germanos, idem Cardin. Bellarm. *eod. cap. 3.* & Baron. *dict. annal. 962, in princ.*

46 Non enim jure Imperator dici potest, qui à Papa non est coronatus, Clementin. unic. in princip. de jure jurand. & Baron. *annal. 871, §. dicitur autem, & §. illud autem, & ann. 888, §. eodem anno, tom. 10.* Ideò, quia Henricus, nec Conradus, minusque Ludovicus Arnulphi filius, Reges coronam Imperialem habuerunt, in aliorum Imperatorum numero minimè fue-

runt ascripti, ut post plures per ipsum citatos, testatur Bellarm. *dict. cap. 2, §. accedant postremo.*

47 Demum Innocentius Quartus, qui pluribus nefandis excessibus commissis causantibus, sacro præsente Concilio Lugdun. Fridericum Secundum, Imperio, & Regnis omnique honore, & dignitate privatum Domino ostendit, denunciavit, & sententiando privavit; atque omnes, qui ei juramento fidelitatis tenebantur astricti, à juramento hujusmodi perpetuò absolvit auctoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero illi tantquam Imperatori, vel Regi, pareret, decernendo quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori, vel Regi, consilium, vel auxilium præstarent, seu favorem, ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere, & eisdem ad quos in eodem Imperio Imperatoris spectabat electio, ut eligerent liberè successorem, permisit, ac liberè declaravit, *cap. ad Apostolica, de sent. & re jud. in 6.*

DE GRADIBVS DIGNITATVM Ecclesiasticarum. Cap. II.

S V M M A R I V M.

- | | |
|---|--|
| <p>1 Papa habet curam, & regimen Universalis Ecclesiæ.</p> <p>2 Cardinales personas Apostolorum representant, & sunt pars corporis, ac membra Papa.</p> <p>3 Cardinalium gradus est tripartitus in Episcopos Presbyteros, & Diaconos. Est ultra septuaginta esse non possunt.</p> | <p>4 Cardinales Episcopi sex.</p> <p>5 Optantur sex Episcopatus Cardinalium inter presentes.</p> <p>6 Cardinales in eorum Episcopatibus habent ordinariam jurisdictionem.</p> <p>7 Cardinales Presbyteri 50. & Diaconi 14. esse possunt, & numerus 70. à Papa Clemente Octavo fuit expletus.</p> |
|---|--|

B 3

8 Car.